

voces, sed & in illo D. Jesus, qui sua efficaciam, ac gratiam nos provocat, movet, attrahit, & inclinat ad se.

307. Jerem. 1.

Cornel. Evangelium oculis.

308. Ezech. 1. Evangelium veluti lux lampadis ardentis.

D. Greg. Beda. Haymo.

Damianus.

Unde ad Evangelium possumus accedere. dare illud, quod ait Jeremias 1. n. 11. Virgam vigilansem ego video. Seu ut alii legant apud Cornelium à Lapide: Virgam oculatam. Evangelium enim virga directionis est, undique oculata, quæ nos gubernat, ducit, ac perducit in viam salutis.

De quatuor animalibus ait Ezechiel. 1. n. 14. Animalia ibant, & revertebantur in similitudinem fulguris coruscantis. Cur ad exprimendam viam sanctorum animalium non dicitur de eis, quod volabant tanquam aves per medium cæli, vel quod ita celeriter movebantur, ut transgrederentur pennas ventorum? cur ad similitudinem fulguris coruscantis configurat? Quatuor illa animalia significabant quatuor Evangelia; ut docent D. Gregorius, Beda Haymon, & alii, inde dicitur quod ibant ad similitudinem fulguris coruscantis, elucens, ac resplendens, & illuminans, ut educerent gentes de tenebris errorum; & ad hoc Evangelia sunt tanquam lampades accensæ. Petrus Damianus scribit. 50. Enim vero hæc sunt sancta illa animalia, quæ undique plena oculis referuntur, in quibus utique, sicut rostra Cherubim, exuberat scientia plenitudo, aspectus eorum quasi carbonum ignis ardentium, & tanquam radiantium representant aspectum lampadarum.

QUÆSTIO XXXV.

Quare hæc animalia apparent undique plena oculis secundum sensum moralem?

309. ET primò maxime ponderandum, quod in his sanctis animalibus definitus est eorum numerus, dicuntur namque quatuor; definitus est enim numerus aiarum, nempe sex; cur etiam numerus oculorum non est definitus; sed sine numero ponuntur oculi ante, retro, in circuitu, & intus? Cùm homo venit in hanc mundum dicitur ei Ezechiel 9. n. 20. S. ito quoniam in medio laqueorum ingredieris, & super retia ambulas. Quot verò sint laquei, quotve retia, quæ contra nos tendunt, nullus est qui valeat enumerare, cùm milita sit vita hominis super terram, non est nobis colluctatio adversus Principes huius sæculi, sed adversus principem tenebrarum, serpentem antiquum qui mille, seu ut potius dicam innumeras habet nocendi artes, quibus contra nos armatur sive in cibo, sive in potu sive in incessu, vestibus, colloquiis, sive in hominum frequentia, in solitudine, in secundis & adversis rebus, ac postremo in ipsis bonis ac factis operibus, in quibus frequenter nos ad inane gloriam stimulat, ut in portu nos naufragium facere suadeat; idè innumeri sunt nobis necessarii oculi pro vigilia, ac custodia ad tot insidias, ac fraudes repellendas. De Ecclesia sancta decantatur Cant. 4. n. 4.

Eccles. 9. Syrus.

Mundus plenus est innumeris periculis, idè innumeri oculi ad ea vitanda sunt.

Gaet. 4.

Sicut turris David collum tuum, quæ adificata est cum propugnaculis; mille clypei pendunt ex ea, omnis armatura fortium. Et ut ait Divus S. Gregorius ibi: In millenario numero omnes numeri perfecti cumulantur. Innumeris ergo clypeis armatur Ecclesia, & cur tot, ac tantis clypeis ut in eis certus numerus non dicatur; paratur Ecclesia contra innumeras insidias hostium visibilibus, & invisibilibus, idè innumeris clypeis protectionis, ac defensionis ad auxilium munitur, & stabilitur adversus eas Cassiodorus: Per mille clypeos, ait, innumera intelliguntur divina defensionis præsidia, quibus sancta vallatur, ac defenditur Ecclesia.

Secundò D. Gregorius libro 19. Moral. c. 9. Sancti omnes, ait, foris se intusque circumspiciunt, & vel reprehendendos se exterius vel iniquos se intus videri invidiositer timent. Hinc quod animalia, quæ per Prophetam videntur in circuitu, & intus plena oculis esse memorantur, quisquis enim exteriora sua honestè disponit, sed interiora negligit, in circuitu oculos habet, sed ante non habet: Sancti vero omnes, qui in exteriora sua circumspiciunt, ne bona de se exempla fratribus præbeant, & interiora sua vigilanter attendunt, quæ se se irreprehensibiles interni iudicis obrutibus parant, & in circuitu oculos, & intus habere perhibent. Monstruosum videtur animal totum oculis refertum, cur ergo non duobus oculis, sed undique illis plena apparent, ante, & retro; hoc factum est magno mysterio factum est, ut nobis alta circumspicere intimetur, ac inculcetur, inde sunt oculi ante, & retro, ante ut interna nostra discutiamus ac minutim perpedamus, retro verò ut exteriora nostra alta indagine examinemus, ut ita nociva fugiamus, & utilia amplectamur, & ita in circuitu & intus oculos habere perhibentur.

Tertiò, Divus Ambrosius in præfati. Sancti igitur, ait, retro oculos habent quando audientes comminationem Domini dicentis: nemo mittens manum suam ad aratrum, & aspiciens retro aptus est regno Dei: tota virtute laborant ne in malis, quæ se aliquando egisse meminerunt, relabatur, quamvis ea ante mentis oculos ad humilitatis suæ custodiam ponere non desistant. Cur hæc sancta animalia sic oculis referta appareant, ante & retro, cùm Dominus dicat Luc. 9. n. 62. Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retro aptus est regno Dei. Ad quid ergo animalia plena erant oculis, ante & retro; quia etsi unum quodque animal haberet alas senas ad sublime, & altè volandum ad Dei thronum, ac ad magnam celsitudinem donorum in humilitatis custodiam habebant oculos retro, ut eos conicerent ad præterita peccata, ut inde humiliarentur, & sic digni, ac apti inveniantur, ut tanquam nobilissimi Spiritus Dei solio assistant.

Quartò, Rupertus Abbas libro tertio in Apocal. Oculos ante & retro. Scire namque unde veniant, multum illis valet ad profunda humilitatis custodiam. Significat sancta animalia bonos homines verè, ac piè Janos esse, qui respiciunt unde traxerint genus, à luto scilicet humili, hoc enim est oculos retro habere, prospiciuntque simul quò abeant, in locum nempe cinerum, hoc ibi denotat ante videre, multum prodest ad premendam superbiam, quod una aqua Regum, ac pauperum sit conditio à vitæ ortu ad occasum

Cassiod.

310. S. Greg.

311. D. Ambros.

Luc. 9.

312. Rupertus.

Prodest ad salutem nostram principii, & finis.

D. Greg. occasum usque. Unde rectè ait D. Greg. Magn. lib. 12. Moral. cap. 16. Homo ab humo appellatus est, eo quod dicitur homo, terrenus exprimitur, & infirmus.

313.

Angeli noscunt non solum præsentia, & præterita, sed etiam futura.

Andr. Gaf. D. Cyrill. Angeli maxime obediunt ad Deum.

314.

Ezech. 1.

Apoc. 5.

Ad contemplandum Christum mortuum, & plagatum innumeri oculi requiruntur.

Quintò, Andreas Cæsariensis, & alii per hæc animalia præcipuos Angelos, nempe Seraphim intelligunt, qui thronum Dei; seu illius regnum perpetuò obeunt, tot & tantus est oculorum numerus ad hauriendos, ac percipiendos Divinitatis radios, suntque pleni oculis ante, retro, & in circuitu, quia hi cælestes spiritus non solum cognoscunt præsentia, quæ circa se ipsi sunt, sed etiam quæ retro, & antea, ut præterita, & futura: sic ait, cit. Andreas. Quia ea perfecti à Deo illustrantur, ut illa videant, quam dudum ante sunt facta, & illa rursum, quæ sunt futura. Sextò, noster D. Cyrill. Alexandr. lib. de Incarnat. cap. 13. Ad Dei voluntatem respicit sancta cælestium spirituum multitudo. Tot missis oculis in Deum intendunt Angeli, ut ad ejus nutum obediant, illiusque mandata adimplent, & exequantur.

Septimò, Hæc quatuor animalia juxta communem sententiam, ut dixi supra q. 24. n. 20. sunt eadem, ac illa quæ Ezechiel. cap. 1. n. 5. vidit magnifico illo curru, tamen hoc positò magna difficultas hæc insurgit, cur apud Ezechielem apparent tanquam animalia communia cum duobus oculis, hæc verò apud Joannem plena oculis ante, & retro, in circuitu, & intus, si eadem animalia, cur sic discrepant in numero oculorum; curque tanta diversitas in eis est? In Ezechiele sese ostentabat Dominus in magnifica, ac sublimi majestate sua, & apud Joannem tanquam vulneratus, & mortuus, ut dicitur cap. 5. num. 6. Et vidi, & cecum in medio throni, & quatuor animalium, & in medio seniorum, Agnum stantem tanquam occisum. Ezechiel se ostentat Christus in gloria, ac majestate sua, Joanni verò ut mortuum, & crucifixum se exhibet, Agnum tanquam occisum. Christus in sua gloria & majestate incomprehensibilis est, tamen ad ipsum videndum duo oculi apparent in animalibus, ac ad ipsum mortuum, & plagatum vi amoris considerandum, tot ac tanta sunt, quæ in tanto Sacramentò sese offerunt meditanda, & contemplanda, quod innumeri oculi ante, retro, in circuitu, & intus proponuntur. Quod factum est pro morali nostra eruditione, ut inde mens nostra exercitur ad considerationem tanti amoris, ac mysterii, plus enim sollicit, & trahit nostrum affectum Christus crucifixus, quàm ipsemet in sua suprema, & alta majestate. Vide quæ dixi tom. 5. in Evangelia lib. 8. cap. 1. quaest. 10. n. 59. 60. 61. 62.

De Prælati, ac Pastoribus.

Valdè celebris est interpretatio in his oculatis animalibus Prælatos, ac Pastores Ecclesiæ intelligens. Et octavò, maxime considerandum quod de oculis horum animalium bis Joannes facit mentionem. Primò n. 6. Quatuor animalia plena oculis ante, & retro. Secundò hoc n. 18. Et in circuitu & intus plena sunt oculis. Cur toties hoc repetit Evangelista, num facta erat semel dicere plena oculis ante, & retro; ad quid repetit intus, & foris? Per oculos denotatur vigi-

lantia, prudentia, ac providentia; cùm ergo hæc animalia denotent Prælatos, inde bis repetit ut innuat quod summa vigilantia, ac prudentia in eis requiratur. D. Thomas. Quia vero, ait, necessaria vigilantia multa, replicat multipliciter oculorum in circuitu, quantum ad exterioris conversationis innocentiam in exemplum quoad proximum, & intus quoad interna conscientia munditiam, in meritis quoad Deum. Vide supra cap. 1. quaest. 59. n. 492. & cap. 3. q. 4. num. 26.

Nonò; juxta mentem D. Thomæ proximè sic ait D. Anselmus. In circuitu & intus plena sunt oculis, in circuitu, ut aliis bono exemplo læcerent, scilicet Pastores, & intus quantum ad se ipsos. In his animalibus representatur idea virorum Apostolicorum, qui debent pleni esse oculis ad attendendum in eos qui sunt in circuitu suo, nempe ad suas oves, ita ut semetipsos non negligant, sed eandem curam, quam in eis excolendis ponunt, eadem sibi solliciti accommodent, & hoc est Dei habere oculos ad semetipsos, ut ita bono exemplo cunctis luceant. Decimò, Prælati constituntur ut alios arguant, & reprehendant, ac proinde multos habeant oculos ad semetipsos considerandos, ac dirigendos, ut in se ipsi reprehensibiles inveniantur. Vide multa in nostris tomis in Evangel. verb. Reprehensio.

Undecimò, Cum Prælati in his animalibus denotentur valdè mirum, quod ipsa undique oculis plena appareant, & sanè magno mysterio, quia Prælati totus sit plenus oculis ad actiones suas componendas, considerandas, ac recogitandas, quod innumeri oculi subditorum attendunt in eum; ad omnes illius actiones notandas. Sic ait D. Hiero. ad Heliodorum in Epitaphio Nepotiani: In te omnium oculi dirigitur, domus tua, & conversatio tua, quasi in specula constituta. Ecce cur in Pastoribus innumeri oculi, innumeraque virtutes debeant respicere, ne suorum calumniis sint obnoxii, & in eorum animadversionem incurrant, scientes quod eorum dicta, facta, & minutissimæ actiones curiosus investigantur à subditis, qui etiam eorum cogitationes penetrant, ac intraspicere student. Pulchrè ad hanc rem explicat D. Gregor. Magn. verba illa lib. 1. Reg. cap. 16. n. 15. Quod Samuel unxit Davidem in medio fratrum suorum, ut sciret se esse positum coram omnium oculis, & omnium oculos esse super eum. Sic ait Sanct. Pontifex: Unde & sancta animalia in circuitu oculos habere describuntur, quia electus Domini, dum ardorem caritatis, dum virtutem misericordiam, dum zelum retinuit, & sancti Spiritus ardorem recipit, quasi globum habitat luminis, qui eum ex omni parte circumstantibus fulgentem reddit. Sic illius virtus undique fulgeat, ut observantium oculi nihil tenebrarum in eo inveniant.

Duodecimò, Rupertus lib. 3. in Apocalypf. Plena oculis ante, & retro. Sic ait, Quia quæque Prælati, si legitime præsumunt tam in externa actione, quam interna contemplatione, causi sunt, & providi. Antiquitas Janum bifrontem effixit, & Argum centoculium, ut quibusdam oculis somno pressis, aliis verò vigilantibus perpetuas custodias ageret, & nocte dieque subiectum sibi gregem pasceret, ac nullus Peccatorum fixit alique innumeri oculis plenum intus, foris, ante

D. Thom.

316. D. Anselm.

Prælati subditus & sibi attendat.

Qui alios reprehendit, sit irreprehensibilis.

317.

Sciant Prælati se esse expectatio omnium oculis, qui eos considerant.

D. Greg.

1. Reg. 10.

318. Rupertus.

Præcepti, & Pastor prævident suam ut minus suum rectè adimpleat.

ante, & retro: ad quid ergo tor oculi? sunt symbo ica animalia, quae verum Principem, ac Praelatum indicant, qui multis oculis ante, & retro recogitet praeterita ac futura, ut attendat ac provideat his, qui circa ipsum sunt, suis nempe ovibus, ut ita valeat suum munus adimplere, in coque multum proficere, ac crescere, qui enim res antequam veniant, praevidet, perfectissimus sui, ac aliorum Pastor constituitur.

119. Itai 59. Rom. 11.

Cant. 4. Princeps qui praevidet futura valet suis salutem dare. D. Anselm.

310.

Job 3. Qui praevidet mala ventura, in expugnabit; Pastor est.

D. Chryf.

321.

potentis Jacob, inde Pastor egressus est lapis Israel. Gen. 45. Genes. 49. n. 24. Unde dicitur Pastor egressus, qui & lapis simul sit insuperabilis refugii Israel: nimirum ex vinculorum solutione, cuius gratia inde Pastor egressus est? Nonne in carcere constitutus duorum, qui etiam in vinculis tenebantur somnia callens, alteri ciadem, alteri felicitatem venturam praedixit? Deinde addicitur a Rege in Aegypti imperium, cui similiter steriles annos venturos praenunciat, & ad illos horrea providenda consilii; tali solutione vinculorum tanto viro patiens, ut simul illum praestantissimum Pastorem, ac inexpugnabilem lapidem efficiant, ille enim qui antequam clades veniant, illas praevidet, & ad illas se praevidet praestantissimus sui, & aliorum Pastor est, & talis Pastor ut sit firmus lapis, ut nullis cadat periculis, & ut omnia confracta restituat.

Praestantissimus Pastor qui praevidet ad mala ventura.

QUESTIO XXXVI.

Quare sancta animalia cum essent in Dei beatitudine, dicuntur non habere requiem die, ac nocte in suo Cantico?

Dicitur in textu, quod sancta animalia requiem non habent die, ac nocte dicentia; Sanctus, Sanctus, Sanctus. Idem hic significatur, quod in hymno Te Deum, dum decantamus, Incessabili voce proclamant. Non enim his verbis significatur inquietudo aliqua, aut molestia defatigationis, sed perpetuum & incessabile opus, & frequenter requies pro cessatione ponitur in sacris literis iuxta illud quod dicitur Genes. 2. Requievit Deus ab omni opere suo, id est, cessavit a fabricando mundo; & non cessavit non accipitur hic pro continuatione, ut ita dicam, mathematica, ac ut nulla vel minima sit intermissio; sed pro morali continuatione, quod idem est ac frequenter & perseveranter notare acti vacare.

312.

Gen. 2.

Gen. 2.

Gen. 2.

Sancti Angeli in caelo, ut haec sancta animalia, ac Seraphim apud Isaiam 6. perpetuo praedicant, & celebrant sanctissimam Trinitatem; Idem faciunt quatuor Evangelistae, quos allegoricè haec animalia denotant, dum in caelis per se ipsos, in terris per quatuor sua Evangelia fidem, amorem, cultum, ac laudem sanctissimae Trinitatis celebrant: hoc etiam faciunt viri pii, ac sancti, qui corde, ore, ac opere dicunt, Benedicam Domino in omni tempore. Et jugiter tanquam angeli terrestres in hac vita canunt, Gloria Patri, & Filio & Spiritui Sancto, sive ter Sanctus.

313.

Isai. 6.

Secundò, Eadem sunt animalia hic apud Joannem, & etiam apud Ezechielem. 1. Hic apud Joannem, sine requie clamant Sanctus, & c. apud Ezechielem verò nec voculam emittunt, sed tantum dicitur, quod animalia erant iuxta rotas, & quidem pennata quatuor habentia singulas pennas, & totidem brachia. At Propheta ibidem numero 8. Et manus hominis sub pennis eorum in quatuor partibus. Cur ergo hic apud Joannem Dei gloria cebranda committitur vocalibus animalibus, quae sine requie Dei

314.

Ezech. 10.

Dei laudes intonant die, ac nocte; apud Ezechielem verò Dei gloria committitur animalibus proflus mutis, nullam dantibus vocem hic apud Joannem gloria Dei apparet fixa in caelo: sic dicitur in exordio hujus capituli, Ecce aperta est ostium in caelo. Et apud Ezechielem apparet Dei gloria in curru viam agente super terram. Sic dicitur ibi n. 15 Cum aspicerem animalia, apparuit rota una super terram Et iterum n. 19 Cum eleventur animalia de terra, elebantur simul & rota. Animalia, seu Spiritus, qui in regno Dei sunt, sonent linguis, & intonent carmina laudatoria Dei, cum nil operis eis agendum super sit; At animalia, quae adhuc jugum curru super terram subeunt, ut Dei gloriam extollant, per totum mundum verbis pateant, brachiis abundent, opera exhibeant; non enim inter vocales, sed inter brachiatos, & operarios sublimatur Dei gloria in mundo. Pulchre Divus Petrus cum spectasset gloriam Christi transfigurati faciem fulgentiorem sole, vestimenta nive candidiora ait; Bonum est nos hic esse, si vis faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, Eliae unum, Moysi unum, Matth. 17. n. 4. Ecce tantam gloriam uno verbo extollit, & totus rapitur ad opera impendenda in triplici tabernaculo fabricando. Cur pro tanta majestate non flumina verborum effudit, sed uno verbo rem praestringit, Bonum est nos hic esse, & ad tabernacula aedificanda transit. Sciebat bonus Pastor, Ecclesiae Dei gloriam non extolli in terris verbis, sed factis. Peibellè D. Paschal lib. 8. in Matth. Quam sanè gloriam, ait, bonam esse, nec laudasse sufficit, sed etiam devotione praestantior, impiger operarius occurrit, & pollicetur communis esse quicquid ministerium, faciamus, &c.

In terra non laudatur, nec glorificatur Deus, nisi operibus.

Matth. 17.

D. Pasch.

315.

Digni as Evangelistae.

cap. 3. Per calamum quippe ait, Verbi aeternitas designatur cum voce Patris per Psalmistam dicitur, lingua mea calamus scribae velociter scribitis: quia enim quod loquimur transiit, quod scribimus permanet, lingua Patris, scriba calamus dicitur: quia ab eo est Verbum illi coaeternum, & sine traritu generatum.

Quod scribitur perenniter permanet. L. Greg.

Quartò, ait noster Joannes; Requiem non habebant, non ait requiem non habuerunt, sed non habebant; nam cum essent Seraphini spiritu ferventes in Dei amorem, semper divinas laudes inceperat prosequerantur, ac ab eis decantandis nunquam cessabant. Hoc observat D. Chryostomus ad cap. 6 Isaiæ n. 3. Clamabant alter ad alterum, sic ait Sanctus Doctor. Haec est vivendi ratio, & institutum, nempe ad Dei laudem assiduo hymnis emoderi, suumque creatorem laetis acclamationibus jugiter benedicere. Non enim dixit, clamaverunt, sed clamabant; ac si diceret, functio hac opus est illi, perenne. A quo nunquam cessabat cum essent Spiritus amore ferventes.

316. Seraphini à Dei laudibus non cessant.

Isai. 6. D. Chryf.

Quintò, haec sancta quatuor animalia sic hoc canticum psallebant, ut in ipso trifagio decantando se haberent ut Seraphini apud Isaiam. Clamabant alter ad alterum, ut communiter existimatur, si enim unusquisque alteri dabat locum acclamandi Divinam Majestatem, inde requie fruebatur, cum ab intonandis laudibus cessaret; rationem literalem initio quaestionis appolui, quod sermo est de continuatione non mathematica, sed morali; sed adhuc moraliter dicamus, cur unumquodque incessabiliter non clamabat, quia sancti etiam in laudando Deo sciunt honoris admittere socios, nec sibi soli quilibet cupit sanctitatem, sed sic delectantur dum alios Deum laudare vident, ac si ipsi eum laudassent N. D. Cyrillus. 1. in Isaiam. Os eorum factis orationibus plenum est, ac laudibus, gloriam enim decantant, non quia fatigantur, sed honore sibi mutuo cedunt.

317.

Isai. 6.

Justi non solum sibi volunt Deum, sed etiam alios habere volunt.

D. Cyril.

Sextò, Animalia requiem non habebant die, ac nocte; sic Sanctus Joannes voluit exprimeret, quod nunquam cessabant à Dei laudibus intonandis, non sat erat dicere, quod requiem non habebant, ad quid ultra addit, die ac nocte? Dies prosperitatem denotat, non adversitatem. Ecce cur die, ac nocte divina elegia celebrant, sanctitatemque Dei praedicant, quia in omnibus, sive prosperè, sive adversè contingant, Dei majestas recolenda est à nobis, Deique semper laudandus est sive in prosperis, sive adversis. D. Bernardin. tom 3. serm. 2. in extraordin. cap. 2. Die ac nocte, ait, laudem Dei proclamant, qui in omnibus prosperis, & adversis Deo gratias agendo, omnem providentiam, in se dispositionem gratissimam habent, & ipsum de omnibus operibus suis laudant.

318. Deus semper laudandus sive in prosperis, sive in adversis.

D. Bern.

Septimò, in beatitudine summa est quies, & felicitas expers omnis laboris, & molestiae, quomodo ergo dicitur quod hi divini Spiritus non habebant requiem die ac nocte, qui enim nulla fruitur quiete, in perpetuo labore est, nam requies transactum iam laborem supponit. Cur ergo dicitur quod animalia requiem non habebant in divinis laudibus decantandis? Et merito sanè, quia summa, & perfecta requies est eis, à sui creatoris laudibus non quiescere, nec cessare. Rich. de S. Vict. Hoc est summè, & perfecte quiescere à creaturis pia laude nunquam cessare. E c Octavo,

319. Summa, & perfecta quies à creatoris laudibus non quiescere.

Richard.